

59 Respondent tertio, regulam illam habere locum solum in irregularitate, quia Pontificibus illa statueretur placuit in odium homicidii, & propter specialem indecentiam quam ad ministerium sacrum inducit.

Sed haec etiam responsio facile diluitur ex lectione textuum clariorum, qui absolute praecipunt eligatur pars tutor in omni materia, in qua est periculum peccati mortalis, ut patet ex cap. illud de cleric. excom. & ex cap. significasti 2. de homicidio, ubi Pontifex rationem assignans cur in casu ibi adducto sacerdos potius cessare debeat a sacrificio, quam celebrare, ait: cum in altero nihil, in reliquo vero magnum periculum timeatur. Idem expresse habetur in cap. citato Joannis de sponsalibus, ut legendi patebit.

60 Denique respondent quidam Recentesiores, hanc regulam solum habere locum, quando dubitatur an actio de qua est quaestio, sit mala & illicita, quod non contingit in casu difficultatis propositae: nam quando aliquis habet duas opiniones aequae probabiles; quarum una afferit actum esse illicitum, alia esse licitum, licet dubitet, quoniam ex illis duabus opinionibus licet vera, & de illarum veritate mens suspensa maneat, & veluti in aequilibrio sit posita, nec magis in unam partem quam in aliam inclinata, eo tamen ipso quod iudicat utramque opinionem esse probabilem, ratione probabilitatis, de rectitudine operationis certificatur; cum certum sit quaecumque probabilitatem, quantumvis tenuem, ad rectitudinem humanae operationis sufficere.

Sed haec responsio & doctrina ex supra dictis confutata manet: Tamen quia, ut supra dicebamus, ille qui habet opinionem probabilem quod aliquis actus sit illicitus, habet aliquid majus dubio, nempe probabilitatem de malitia actus, quae magis accedit ad certitudinem, quam suspicio, vel dubium; unde si quando aliquis dubitat, an actio de qua est quaestio, sit mala & illicita, teneatur eligere partem tutiorem; a fortiori ad id teneatur, cum habet duas opiniones aequae probabiles, quarum una afferit actum esse malum & illicitum: Tum etiam, quia supra ostendimus, praetium dogma, quo Adversarii probabilitatem quantumvis tenuem ad rectitudinem humanae operationis sufficere asserant, non posse certificare intellectum de rectitudine operationis, nec ab ipsa omnem dubietatem & formidinem de opposito excludere, cum illud dubium sit & incertum, & ad summam probabile esse opinabile.

61 Querens ad complementum hujus quaestionis, quid agendum sit, quando non constat, quoniam ex duabus opinionibus aequae probabiles sit tutior?

Respondere, tunc servandas esse regulas a jure praescriptas, quae sunt istae:

In dubio actus valeat potius, quam potius.
 Praesertendum est quod in regimine in qua actum est, frequentatur.

Ad praetium consequendum attendatur.
 Ubi contraria exars sententia, pronuntiandum est pro posse, & potius pro vero, quam pro actu.

Quod benignius, quod verisimilius, quod plerumque fieri solent, praerogatur.

Ubi sunt opiniones aequaliter, Index sequatur communem.

Ad superiores, vel citius ad Sedem Apostolicam recuratur.

Ut probatur specialiter ex verbis Denteron. 17. si difficile & ambiguum esset de iudicio esse profertorio, & iudicium extra portas eius videtur verba variari, nonis ad sacerdotes, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, & scitis quaecumque dixerint, sequaritur eorum sententiam. Quia tamen ut dicitur D. Ambrosii in cap. iudicis 3. q. 7. Bonus Iudex nihil ex arbitrio facit, & non domestice propositio voluntari, sed iuxta leges & iura pronuntiat; si etiam respectu eius res profus ambigua sit, & non possit eam certo dirimere, debet vel abstinere a iudicio, vel dividere sententiam, propter constantem argumentorum (ut fecit Salomon, cum iudicavit puerum a duabus mulieribus sibi oblatum esse dividendum; licet enim id egerit tentandi gratia, erratum secundum se conforme regalis iustitiae) vel tandem partes ad concordiam reducere, ut latius proseguatur Bagnanus ex ipso corpore juris, vel ex aliis Jurisconsultis, in cap. citatum, Ne iniuriarum, n. 231. 235. & 244.

62 Ex his regulis & principiis juris consuetudinem manet perversum novorum Casuistarum dogma, quo asserunt, stante aequali utraque probabilitate, Iudicem posse ad iudicandam rem cui maluerit. Ita Caramueli. 3. Theol. moral. n. 1467. ubi agens de litigantibus, quorum neuter rem controversam possidet, ait: si aequalis probabilitas sit, potest Iudex rem adjudicare cui maluerit. Tamburinus etiam lib. 1. in Decal. cap. 3. §. 4. num. 7. licet oppositum doceat, subdit tamen: Propter extrinsecam honorem Doctorem auctoritatem, asserendum in hoc casu posse Iudicem pro suo amico, si maluerit, sententiam pronuntiare; potest id ut probabile, si velit, amplecti: citatque pro hac sententia Sanchez & Franciscum Delugo. Addit Sagundez apud Escobarium tr. 3. exam. 2. cap. 6. num. 111. ipsum in tali casu posse aliquid ab una partium accipere, ut sententiam in eius favorem ferat; quia (inquit) stante aequali utraque probabilitate, potest cuique parti dare victoriam: quare datur locus gratificationi, quae est praesidio aestimabilis, utpote quae plerumque cum iustitia

amicitia alterius partis conjuncta est. Quae doctrina non solum est falsa, & legitis ac regulis juris repugnans, sed etiam reipublice perniciosa. Nam ut belle ait Simnichius libro supra citat. §. 110. Quid perniciosius, quam forum iudicantibus veri in sermone undationis, & unum qui iudicium eromenas dicitur, averti praetentione pauperum: Cum enim hi non habeant quid veritatem, in causis probabili cadent in totam; & in causa dubigibili, differant in eam, aut quod peius est, iudicium subdito iustusum. Unde Isidorus l. 3. sentent. cap. 52. loquens de Iudicibus iniquis, sic ait: Gravissus nocentur pauperes a pravis Iudicibus, quam a crucientissimis hostibus. Nullus enim prodo tam cupidus in alienis, quam Iudex iniquus in suis. Latrone inaccessis faucibus ac lateribus latentes, insidias ponunt; isti palam rapacitate avaritiae violent. Hostes in alienorum tantum sanguinem intendunt; Iudices quasi crudelissimi carnifices civium, oppressionis sua subditorum vitam extinguunt.

ARTICULUS IV.

Utium auctoritas unius tantum Doctorem sufficit ad reddendum opinionem in materia morali probabilem, & in praxi tutam?

Afferunt communiter recentesiores Casuista, qui (ut 63 recte observavit Joannes Simnichius libro supra citato §. 354.) in mutuis crebro fomite excutere laudes, ibique invicem accinere: quod eo sine facilitate videtur, ut majorem sibi invicem auctoritatem conciliet, acque suis opinionibus probabilitatem comparet. Cum enim duplex ab eis distinguitur probabilitas, intrinseca scilicet seu rationalis, quae sumitur a ratione; & extrinseca seu autentica, quae petitur ab auctoritate; ubi videt deesse suis commentis primam, student procurare saltem secundam; atque ob hanc finem prorumpunt in mutuas laudes, ut quisque eorum suam laudatorem directe laudando, laudet seipsum, saltem reflexe, siquae suis opinionibus umbram quamdam probabilitatis ab auctoritate procuret, quam denegari cernit a ratione.

Id declarat idem Auctor exemplo Caramuelis & Dianae, 64 quorum prior in quadam ad posteriore Epistola, praefatio Theologiae fundamentalis inserta, haec ei scribit: Quia longissime absum ab omni adulationis genere, patere ut aliquid liberius & securius scribam. Laudans te & legens tui docti, nec est in Europa Theologus qui se studiose, & te caret: si qui obmurmuraverit, deli non sunt, & tota oblectio multorum pervenit ad columnas Hierusalem, cum dicent Dianam esse agnum Dei, qui abstulit peccata mundi. Addit praeterea in eadem Epistola de eodem ago Dei: Certi sumus tanto illius dogmata Theologorum firmari numero, ut quarenti an hoc vel illud liceat, sufficit respondere, DIANA DIXIT.

Porro quid Diana vicissim de Caramuele scripserit, diligenter ab eodem ipso Caramuele collectum habetur ad calcem ejusdem Epistolae, ubi sic legitur: Ut videat Lector Caramuelem etiam redamari a Diana, haec pauculas linesas subiungo. Igitur parte 7. tract. 11. resol. I. sic inquit Diana: (Nota Lector quia in tua gratia multas opiniones supra dicti Caramuelis adduxi, quae eius codex non ita facile invenitur, & licet aliquando eas opinionibus non adhaerem, semper tamen illam honoris causa meminimus esse volo; est enim vir doctissimus, & acutissimae ingenii, & ut alius dicit, non solum scholasticus, & moralis Theologiae, sed etiam politician litteraturae peritissimus.) Et utinam amittissimus vir alius felicitate ingenii sui factus in lucem parat, &c.

Ex quibus patet illos Auctores, ut majorem sibi invicem auctoritatem concilient, se invicem laudare, seseque (ut loquitur idem Simnichius) mutuo scabere, juxta vetus illud adagium ab Erasmo chil. l. cent. 7. cap. 95. relatum: MUTUUM MULI SCABUNT. Quod etiam notavit, & detestatus est Episcopus Gandavensis, in Epistola ad Clerum suae diocesis, in qua de novis illi Casuistis, & laxioris Ethices inventoribus, sic ait: Et non solum corrupta natura praeferunt auro blanditiam suis demulcent, sed & MUTUO SCABUNT, atque de adversario aliquo vitio praetextu, tamquam de novo calce erantio reperio, sibi invicem gratulantur & applaudunt. His praemissis, pro resolutione difficultatis praeposita, sit

§. I.

Conclusio negativa statuatur.

65 Dico igitur, Unius tantum Doctorem suffragium seu auctoritas, communiter loquendo, non potest reddere opinionem aliquam probabilem & in praxi tutam.

Probatum primo ex Aristotele l. 1. topic. cap. 1. sic dicentem: Probabilia sunt quae videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his maxime notis: Sed quae uni soli videntur non videntur pluribus: Ergo quae uni soli videntur, communiter loquendo, probabilia non sunt.

Probatum secundo ex D. Thoma quodlib. 3. art. 10. ubi ait: In his quae pertinent ad finem, & bonos mores, nullus excu-

veretur, si sequatur erroneam opinionem alienius Magistri: At si communiter & universiter loquendo, unus Doctorem suffragium efficeret opinionem probabilem, & in praxi tutam, qui in rebus dubiis, ad fidem aut bonos mores spectantibus, erroneam opinionem alienius Magistri sequeretur, excusaretur a peccato, praeterea juxta novorum Casuistarum principia, deontium omne probabile probabilitate quantumvis tenui ac debili, a peccato excusatur: Ergo juxta D. Thomam, unus tantum Doctorem suffragium non potest, communiter & regulariter loquendo, reddere opinionem aliquam probabilem, & in praxi tutam. Unde Lactantius supra relatus: Ne trahamur auctoritate cuiusquam, sed veritati potius favemus & accedamus: Nullus hic temerarius locus: in aeternum sicutis pars subeunda est, si aut persona inanis, aut opinio falsa accipitur. Ex quo infert Joannes Simnichius §. 357. intolerabile esse illam Caramuelis adulationem supra relatum: Quarenti an hoc aut illud liceat, sufficit respondere DIANA DIXIT. Neque enim (subdit ille) in schola Pythagorae legitur, sed in schola Christi, qui nequaquam dixisse perhibetur, EGO SUM PROBABILITAS, sed, EGO SUM VERITAS. Hujus magisterio diducimus arbitrium vis deducentis ad vitam, & latitudinem viae deducens ad mortem. Porro quod hujus magisterio diducimus, verum esse non ambigimus. Proinde quantumvis Diana molitur viam cali dilatare, vel viam perditionis angustiare, non ei credimus; sed Christo potius acquiescimus; asserunt illam esse arctam, ipsam vero spatiosam. Qui enim illam praedicatorum arctam, & ipsam spatiosam, Deus est, legis est, veritas est: Diana, quantumlibet a Caramuele laudans, homo parvus est, legis non est, veritas non est.

66 Probatum tertio conclusio ab inconvenienti, quod sequitur ex diversa sententia: Si enim unus viri docti & probi auctoritas sufficeret ad reddendam opinionem probabilem, & tutam in praxi, vel dicendum esset recentesiores Casuistas non esse viros doctos & probos, vel omnes eorum assertiones esse probabiles, & tutas in praxi, primum non concedent Adversarii, cum recentesiores Casuistis maxime injuriosum sit; secundum vero absurdissimum est; quis enim dicat omnes novorum Casuistarum assertiones, quas infra referemus ac resellemus, esse vere probabiles & tutas in praxi? Quis asserere audeat licere v. g. puellae procurare abortum ante animationem foetus, ut vitet infamiam; aut concubinarius retinere concubinam, quando ea relicta vitam transigeret tritius, vel actori aut occidere Iudicem, cum ab eo iniqua timeatur sententia; aut Iudici in causa aequali accipere pecuniam ab una partium, ut sententiam in eius favorem ferat? Quis etiam existimet licere, inducere testem ad jurandum falsum, quod jurans quidem putat esse verum, ipse vero inducens scit esse falsum; vel abfultio desiderio cupere mortem patris, ad percipiendum ejus hereditatem; & ad vitandam mortem, vel graviam damna, fallam sibi crimen imponere, ac seipsum gladio linguae perimere? Quis tandem sentiat cum Caramuele (quem recentesiores Casuista, Laminaria magis, & ingenitum facem, appellant) Advocatum posse patrocinari causae, quam cognoscit esse injustam; Clericum posse in recitandis horis Canonicis voluntarie distrahil, aut quotidie recitare Officium paschale, vel unica recitatione Officium duorum dierum obligationi satisfacere, & Monachos omnes a jejuniis lege & onere liberari? Certe haec ita absurda sunt, ut communis sensus, & communissimae pietatis notiones, ad ea resellenda & aspernanda sufficiant. Ea tamen, & plura alia quae referemus articulo sequenti, transiguntur debent Adversarii, vel ab illo dogmate recedere, quo unus viri docti & probi suffragium ad reddendam opinionem probabilem sufficere asserunt.

Nec valet, si dicas, illud quidem sufficere ad reddendam opinionem speculative probabilem, non tamen ad reddendam illam tutam & probabilem in praxi. Hoc enim ex ipsis novorum Casuistarum principiis consutari potest. Nam Joannes Sanctius in praedictis disp. 54. num. 11. sic ait: Intelligibile videtur aliquam opinionem esse speculative probabilem, & in praxi tuto amplecti non posse. Probabilitas namque practica a speculative differit, tamquam effectus a sua causa: id enim quod quis opere exequitur iuste vel injuste, ab ea nascitur, quod scilicet speculative iudicavit posse agi licite vel illicite. Qui ergo arbitraturo speculative aliquid licite operari propter rationem probabilem id tuto executioni mandare poterit; alias nihil operabitur, nec alienus fructus sine momenti erit illa speculatio probabilis; si ad opus esse impedita; & aequae comparari possit speculativem opinionem habens, & permissum operari practice ex ea, Tantalo, Jona & aquam ad labia prepe habentem; impedit tamen eis nisi forte frui. Immo Tantalo infelicitior esset, qui dum bibere exoptabat, negabit, ut probabilis opinio nisi permissum, omittit agere quod in ejus potestate erat exercere. Ex quibus liquet, juxta novorum Casuistarum principia, non solum esse probabile speculative, sed etiam in praxi tutum, quicquid unus Doctor asserit esse probabile, subindeque omnes opiniones Caramuelis, Tamburini, Escobaris, & aliorum Re-

centesiorum, tuto amplecti licet: ex quo fere innumera sequuntur absurda. Unde inter novorum Casuistarum assertiones, quas ad instantiam Episcopi Gandavensis, Academia Lovanensis proscriptis, haec erat vigesima sexta: Auctoritas unius Doctorem probi & docti reddis opinionem probabilem. Quam propositionem, ut perniciosam, & in materia doctrinae moralis innumeras absurditates invehentem, damnavit.

Advertendum tamen est, me in conclusione dixisse 68 unius Doctorem suffragium communiter loquendo, non posse reddere opinionem aliquam probabilem & in praxi tutam: quia interdum Doctor potest esse adeo clarus, & in Ecclesia celebris, ut ejus auctoritas praepararet aliorum multorum rationibus & auctoritatibus. Quare existimo solum D. Thomae auctoritatem posse reddere opinionem vere probabilem, & in praxi tutam: Tum quia ejus Doctrina non solum ab innumeris Doctorem & celeberrimis Academicis, sed etiam a pluribus Summis Pontificibus fuit commendata & approbata, nominatim ab Alexandro VII. qui nuper in brevi Apostolico ad Academiam Lovanensem missa, hujus S. Doctorem dogmata, TUTISSIMA ET INCONCUSA declaravit, ut initio hujus dissertationis diximus: Tum etiam quia D. Thomas nunquam absque ratione efficaci, saltem quantum materia patitur, vel sine auctoritatibus Scripturae sacrae, aut SS. Patrum testimoniis aliquid in medium producit. Unde Gravin noster in suo Cherubim Paradisi, in principio dicit vocem ejus esse vocem multitudine per quam omnes SS. Patres nobis suis sensus exponunt. Ideoque potissimum eniti debemus, ut conformiter ad ejus mentem casus conscientiae resolvamus. Certe tanto diligentius circa morales materias mens ejus indaganda est, quanto certius finis, ipsum prius in scripto legisse quae postea alibi scripsit; & pracepta in materia morali alicui tradidisse, quae a tantquam ab exemplari dicebat; atque ad id unum tantquam doceret spectasse, quae ratione videret, ut ostenderet ceteris quae lege vivendum esset.

§. II.

Solvuntur objectiones.

69 Contra nostram assertionem obijcit in primis Thomas Sanchez in summa lib. 1. cap. 9. num. 7. & alii recentesiores Casuista post ipsum, ut Joannes Sanctius, Layman, Filiacus & alii, testimonium D. Thomae, desumptum ex quodlib. 3. art. 10. ubi S. Doctor (inquit Sanchez) ait, Posse quaecumque amplecti opinionem quam a Magistro audit, in his quae ad mores pertinent.

Sed totum hunc articulum diligenter & accurate legimus & relegimus, & haec verba invenire non potuimus, nec ea certe videre poterimus, nisi Sanchez sua illa conspiciat, quibus videtur ea quae non sunt, tamquam ea quae sunt, nostris oculis admoveat. Nam S. Doctor nihil tale habet in hoc articulo, sed totum oppositum: ait enim, ut supra retulimus: In his quae pertinent ad fidem & bonos mores nullus excusatur, si sequatur erroneam opinionem alienius Magistri: in salubris enim ignorantia non excusatur. Ex quo duo patent notata digna: nimirum Sanchez locum illum Divi Thomae adulterasse, vel saltem alienis oculis legisse, & alios recentesiores Casuistas, qui illum pariter sic corruptum & vitiatum referunt, Auctores non legere, sed abique ullo profus examine transcribere id quod alii scripserunt, & ut loquitur Navarrus in Manuali c. 27. Aliis sequi, sicut oves oves, vel ut aves, quae unam volentem alia omnes sequuntur.

70 Obijcit secundo Caramuel in Theol. fundam. num. 448. Quicquid resatur quatuor Auctores est probabile: Sed ad probabilitatem non requiri quatuor Auctores, sed unum omnino sufficere, quatuor resatur Auctores, imo & viginis, aut plures: Ergo opinio unius Auctorem est probabilis, Haec ratio (subdit ille) solutione hucusque currit.

Sed facile responderetur, quod quando aliqui Doctores asserunt ad probabilitatem alicujus sententiae sufficere unius Doctorem suffragium, vel loquuntur de Auctore adeo claro & in Ecclesia celebris, ut ejus auctoritas aliorum multorum rationibus & auctoritatibus praepareret, qualem diximus esse Divum Thomam, qui unus pro decem millibus computatur. Ita Vigerius lib. 1. instit. cap. 15. ubi sic ait: In dubiis sequens opinionem rationabilem alicujus Magistri, cum Magister est Doctor & approbatus, ut D. Thomas, qui absque ratione aut auctoritate non consuevit loqui, est excusatus a peccato. Vel solum volunt opinionem illam censeri probabilem; quae unus viri docti & probi suffragio nititur, quando communi sententia non repugnat, & ab aliis ut improbabilis, & singularis non rejicitur; sicut explicat Layman, Filiacus, & alii: opinio vero, quae asserit unum Auctorem per se ad probabilitatem alicujus sententiae sufficere, repugnat communi Doctorem sententiae, & ab illis non solum ut falsa, sed etiam ut improbabilis, imo ut perniciosa & innumeras absurditates in materiam doctrinae moralis invehens, rejicitur, ac reprobat.

hatur, ut patet ex Censura Doctorum Lovanienfium supra adducta. Unde licet ab aliquibus recentioribus Casuistis probabilis & tuta in praxi existimetur, ut talis censis non debet. Maxime quia cum illi Casuiste in tam multis deliraverint, & in tam horrenda incidere opinio non potest, quae infra referemus, in quibus manifesta depravatio rationis apparet, merito in aliis etiam minus manifestis, corrupti iudicii suspecti sunt, sub iudicio auctoritas non sufficit ad reddendam probabilem & in praxi tutam opinionem illam, quae ad probabilitatem alicujus sententiae, unius tantum Auctoris suffragium sufficere astringit.

71. Ad id quod, licet auctoritas decem vel quindecim Doctorum sufficiat ad reddendam probabilem opinionem circa materiam alicujus particularem, non tamen in questione de opinione probabili, ut sic, quia ipsa est fundamentum doctrinae moralis praecipuum: ad principia autem praecipua Theologiae moralis stabilienda, major requiritur auctoritas, & numerus Doctorum, quam ad reddendam probabilem opinionem, quae circa materiam aliquam particularem versatur: sicut in politicis videmus pro majori vel minori momento rerum judicandarum, majorem vel minorem requiri Judicum numerum, & leges fundamentalis regni non posse nisi a generalibus illius comitiis statui vel abrogari.

72. Objicies tertio: Si aliquis homo simplex & ignarus dubitet an alicujus factus licitus sit, potest consulere Parochum, vel Confessarium, aut alium virum doctum ac probum, & iuxta conscientiam ejus consilium & resolutionem sequi, juxta illud Deut. 32. Interroga Patrem tuum, & annuntiabit tibi, Majores tuos, & dicent tibi. Unde Albertus Magnus relatus de D. Antonio f. p. tit. 3. cap. 10. §. 10. haec scribit: *Erret simplex, vel quilibet homo, cum saluta potest sequi in consilio quamcumque opinionem voluerit, dummodo alicujus Doctoris magni opinionem sequatur.* Et Joannes Major in prol. 4. sent. sic habet: *Marcator autem & rudiis necit inter eorum opiniones discernere, qui rationalibus loquantur, sed sufficit ei credere doctis asserentibus, qui nolunt seipsum damnare: sed cupiunt prodesse, & bene dicere.* Ergo unus viri docti & probi auctoritas sufficit ad reddendam opinionem aliquam in materia morum probabilem.

73. Respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Consequens: Sufficit ad reddendam opinionem aliquam probabilem simpliciter & absolute, nego: secundum quid & respective, respectu scilicet alicujus particularis idotiae & ignari, concedo. Nam ad probabilitatem illam respiciendam, non solum unus viri docti & probi auctoritas, sed etiam unus sufficit nisi muliercula testimonium interdum sufficere potest: si enim puer aut puella rustica dubitet an aliquid licitum sit, & Parochum aut Confessarium adire non vult, potest interrogare parentes, & eorum consilium tuta conscientia ferre; quia licet eos forte tunc errare contingat, puer aut puella eis obtemperans, ratione ignorantiae invincibilis, & bene dicere. Ergo unus viri docti & probi auctoritas sufficit ad reddendam opinionem probabilem, non est quod de probabilitate respectiva & secundum quid, sed de absolute & simpliciter tali, quam non solum idotiae & ignari, sed etiam docti & sapientes, tuta conscientia sequi possunt.

74. Ex dictis hactenus facile intelliges, largiores Probabilitatis vix posse excusari a tribus pessimis ad quae homines inducunt. Nam primo eos amovet a studio veritatis, dum ex delectu minus probabilis, illos docent sectarii quae minus ad veritatem accedunt. Secundo ab odio peccati super omnia detestandi retardant, dum eos periculo Deum offendendi exponunt. Tertio a remediis efficacioribus consequentibus salutem eos elongant. Atqui his tribus titulis, quibus Christus summe glorietur, in Evangelio, cum ait: *Ego sum veritas, via & vita,* se valide opponunt. Nam ut veritas, vult nos ab errore qua possumus diligentia recedere; ut via, optat nos ab omni specie peccati abstinere; & tandem ut vita, cupit nobis remedia efficacissima ad turpia vitanda exhibere: haeque de causa videtur in mundum istum advenisse, ut vitam abundantius habeant, ut eleganter ait P. Vincentius Baronius in sua Theologia morali adversus laxiores probabilitatis. Ut autem haec veritas magis eluceat, & veluti ad oculos pateat, placeat hic describere brevem probabilitatis synopsin, in qua novorum Casuistarum excessus, pluresque ipsorum assertiones, ex eorum libris fideliter excerptas, in parva tabella exponam.

ARTICULUS V.

Probabilitatum monstrum.

75. Effe ait D. Thomas q. 18. de verit. art. 6. ex Commentatore in 3. de anima, quod falsa opinio in se habet in cognoscibilibus, sicut monstrum in natura corporalis: eff enim falsa opinio proveniens prae intentionem ipsorum principiorum, quae sunt quasi virtutes feminales co-

gnitionis; sicut monstrum evenit prae intentionem virtutis naturalis agentis; & hoc ideo, quia omne malum effi prae intentionem, ut dicit Dionysius q. 4. cap. de divin. nomin. Unde sicut in conceptione humani corporis in statu innocentia nulla monstrifera accidit: ita in intellectu hominis nulla falsitas esse potest. Ex quo Angelici Doctoris discursu liquet, quod sicut in statu naturae lapsae plures accidunt in humanis corporibus defectus & monstruositates, ita & in animis plura opinionum monstra ex ignorantia veritatis generantur, juxta illud Tertulliani lib. 2. de Nativ. Varietas opinio non venit ex ignorantia veritatis. Sed nusquam tot & tam horrenda probabilitatum monstra in materia morum visa vel audita sunt, quam hoc nostro saeculo, in quo, ut lepide ait quidam Recentior, exorta est densissima novorum Casuistarum nebulae, qui tanquam Aegyptiacae ranae, vel locustae, in Ecclesiam incubuerunt; & nihil peccati intactum, ac in moribus integram reliquerunt; ut ex sequentibus asserentibus, ex eorum libris fideliter excerptis, & a Prospero Paganano, Joanne Sinnichio, & Parochis Parisiensibus, in probabilitatis synopsi, quam Episcopis Galliae obulerunt, diligenter & accurate correctis, manifeste patebit.

§. I.

Asserentiae Caramellis referuntur, ac resolluntur.

I.

Am clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdictum, ut contrarium omnino rationi discernitur videtur. (3) Caram. lib. 4. Theol. moral. num. 1598. & in Theol. fund. n. 1171. editionis Francof. ubi sententiam oppositam, quam fatetur esse D. Thomae & discipulorum ejus, ait se non audere nominare prohemium.

Sed haec assertio non solum falsa, & improbabilis, sed etiam erronea, & haerese proxima cunctis est, ut docet Soto lib. 5. de iustitia & jure q. 3. art. 5. ubi sic ait: *Dicere fornicationem non esse, contra jus naturae, error est haerese proximus. Nam consequens inde proximum ferret, Gentibus ante legem scriptam non fuisse delictum, quod vero neque post scriptam, quia lege Moysiana non reprobatur.*

Simile argumentum fieri potest de Turcis & Mahometanis, alicujus infidelibus, cum enim jus positivum quod fornicatio prohibetur in sola Scriptura sacra fit contentum, subindeque ab ipsis invincibiliter ignoratur, si illa jure naturae prohibita non sit, quis Turca vel infidelis, non dico habetis aut tardi ingenii, sed non minus acris & excellentis ac ipse Caramel, nefando illi crimini se prostituitus, argui poterit de peccato, ac de eo iuste in hac vita vel in futura puniri? Si hoc consequens Adversario displicet, audiat illud Augustini ad Pollentium lib. 2. de adulter. conjugis cap. 4. *Hic tu quidem non sentis, sed hoc sequitur illa quae sentis. Mala ergo antecedentia, si vis cavere sequantur.*

Deinde contra eandem assertionem urget ratio D. Thomae 2. 2. q. 154. art. 2. *Fornicatio cum sit concubitus vagus, iuxta prae matrimonium existens, est contra bonum prolis educandae: Ergo est contrarium naturae, quae culpam carnalem ad prolis generationem ordinat, & congruam ac convenientem ejus educationem.*

Nec valet quod ait Caramel, antequam Martini de Magistris crambem reciquem, sepe contingere prolem fornicarioe conceptam bene nutritam ac educari, immo melius quam alias multas per copulam conjugalem conceptas. Non valet, inquam, quia, ut ait Soto loco citato: *Affus existimandus est ex natura, & non ex accidente: alioquin matrimonium non esset vinculum naturale ad convenientem prolis educationem ordinatum, quia aliquando accidit, ut conjuges, neque facultatem habeant, neque voluntatem eam educant.* Unde Divus Thomas hanc Caramellis instantiam praevideat ac praeveniens, post verba relata subdit: *Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscent, sufficienter provideat proli de educatione; quia id quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secundum quod communitur accidit, & non secundum id quod in aliquo casu potest accidere.*

II.

Mollities jure naturae prohibita non est, unde si Deus eam non interdixisset, sipe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali. (b) Ita idem Caramel in Theologia morali num. 1603. ubi de hoc crimine pessimo, non aliter philosophatur, quam de minoratione sanguinis, aut de usu pomii, aliique actibus de se bonis, aut indifferentibus: unde ibidem num. 1605. comparat mollitiam cum usu pomii vetitum, dicens: *Etiam poni alius indifferens primis hominibus interdixit Deus, quia voluit, & potuit, utpote rerum univ-*

(a) Haec proposita damnata sunt ab Innoc. XI. diei, Martii anni 1691. (b) Haec proposita damnata sunt ab Innocentio XI.

univrsarum Creator, & Dominus: Semini etiam effusionem inhiat, non quod ipsa se mala ante praecipiam, sed quod ipse sit Dominus, nec servi in se Creator, nec creatura; ipsi compertis precipiens auctoritas, nobis obediens gloria relicta sit. Addit denum ibid. num. 1607. *Mollities, sodomia, bestialitas, sunt peccata ejusdem speciei infamia. Quod adeo certum & manifestum existimat, ut dicat contrarium sententiam videtur errorem in Philosophia. Ex quo manifeste sequitur, juxta illud principia, non solum mollitiam, sed etiam sodomiam & bestialitatem, non esse malas ab intrinseco, nec jure naturae prohibitas; quia si sint ejusdem omnino malitiae specifice, eodem jure debent prohiberi.*

Sane mirum est in viro docto & religioso sic extingui posse communissimas honestatis & pietatis notiones, ut haec ipsi non solum probabilia, sed etiam certa videri poterint. Nam quantum haec, non a castis actibus solum, sed etiam ab ipso lumine naturali aliena sunt, agnovimus Ethnicis ipsi, qui non tantum bestialitatem, aut sodomiam, horridisque illis libidinibus furiosos in corpora, in sexus, ultra jura naturae, quae non tunc criminosa quam monstra dicenda sunt, ut ait Tertullianus, sed ipsam patriam mollitiam, acriter reprehenderunt, ut Martialis lib. 9. Epigramm. 42. ubi in Ponticum se pollutum esse invehitur:

Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens, quantum vis animi concipis esse tuos; ipsam crede tibi naturam dicere venum; istud quod dixit Pontice prore, homo est.

79. Dolendum sane cessat naturam Christianum Doctorem, quod Poeta Gentili, & alias in moribus suis depravato, non occurrat: his enim verbis, non solum aperte docet mollitiam esse de se malam, & naturae repugnantem, sed etiam rationem fundamentalem, qua communiter utuntur Theologi ad id probandum insinuat. Nam sicut verba ex sua natura ordinantur ad manifestationem mentis, ita semen generat ad propagationem prolis: unde sicut uti verbis ad falsitatem, effi peccatum contra ordinem naturae; ita uti semine ad sterilem lasciviam, est de se malum, & ordini ac institutioni naturae repugnans. Quapropter tam est impossibile ut mollities aut sodomia congruatur naturae humanae, quam est impossibile, quod mendacia ei conveniant. Nec refert quod possit mollities aut sodomia alicui ad sanitatem corporis prodesse; potest enim & mendacium alicui similiter ad salvandam vitam deservire: Si ergo id non sufficit ut mendacium dicatur aliquando licet: profecto non sufficit, ut mollities, aut sodomia, ac similia libidinum monstra, aliquando censentur esse licita. Unde Augustinus in Enchirid. cap. 23. sic ait:

Nec ideo nullum mendacium putandum est non esse peccatum; quia postquam aliquando alicui prodesse mentitur; postquam enim & furando aliquando alicui prodest, si pauper cui palam datur, sentit incommodum; & dives cui palam tollitur, non sentit incommodum; nec ideo tale furtum quicumque dixerit non esse peccatum. Postquam & adulterando prodest, si aliqua, nisi ad hoc ei consentiat, appareat amando moritura, & si vixerit penitendo purganda: nec ideo peccatum nec habitur esse tale adulterium. Quod si ita est de adulterio, quanto magis de flagitiis contra naturam, quae immuniore sunt? Unde idem S. Doctor lib. 3. Confess. c. 8. ait: *Flagitia quae sunt contra naturam, ubique ac semper, per detellanda a quae puniendi esse, quales Sodomitatum fuerunt: quae si omnes gentes ficerent, eodem crimine reatu divina lege tenerentur, quae non sic fecit homines, ut si solio atterentur modo: violatur quippe ipsa societas, quae cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, ejus ille Auctor est, libidinis perversitate polluitur.* Quem Augustini locum corpori Juris canonici habemus insertum cap. Flagitia 38. quaest. 7. eoque utitur D. Thomas 2. 2. q. 154. art. 12. ad i. ad probandum quod in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturae violatur, sine injuria ipsi Deo ordinato naturae.

Unde miram est, Caramelem autem fuisse asserere, mollitiam, sodomiam, & bestialitatem, nequaquam ex natura sua, sed ex superve-niente dumtaxat positivo Dei decreto, malitiam habere: cum passim apud omnes doctos, pariter & indoctos, communis consensu, antonomastice dicantur peccata contra naturam; ideo utique, quia adversantur humanae naturae, non solum secundum specificum gradum humanitatis, sed etiam secundum genericum gradum animalitatis: Manifestum est (inquit S. Thomas in cap. 1. ad Rom. lect. 8.)

Secundum intentionem commixio sexuum in animalibus ordinatur ad actum generationis. Unde omnis commixtionis molus, ex quo generatio sequi non potest, est contra naturam hominis, in quantum est animal. Praemisit ibidem ejusmodi peccata vocari ab Apostolo passiones ignominiae, quia proprie passio dicitur, quando aliqua trahitur extra ordinem suae naturae, puta cum aqua calescit; per hujusmodi vero peccata homo recedit ab ordine naturali: Dicuntur autem passiones ignominiae: tum quia non sunt nomine digna: tum etiam quia cum perialia peccata carnalia homo ad naturam & conditionem brutorum deiciatur, per peccata contra naturam a natura etiam bestiali decidit. Quis

Theol. Genet., Tom. III.

igitur dicere audeat, illud ex natura rei esse bonum homini, & obligatorium sub peccato mortali, quod deprimit humanam naturam non solum infra gradum suum, sed etiam infra gradum animalis?

Ad id ex hac Caramellis sententia, tria sequi absurda & inconvenientia. In primis enim, cum lex positiva non obliget, nisi eos quibus manifestatur & intimatur, si molities, & sodomia solum lege Dei positiva sint prohibita, confectarium profecto est, eos omnes non peccare, nec peccasse, effundendo semen per mollitiam, & sodomiam, quibus Deus suam legem ea flagitia vetantem non intinnavit. Unde, juxta Caramellis sententiam, tamen si israelite post intimatam sibi legem Dei vetantem praedicta flagitia, peccassent ea perpetrando; cetera tamen nationes, quibus judicia sua Deus non manifestavit, nequaquam peccassent ea perpetrando; nec adhuc hodie peccassent quotquot per ignorantiam positiva Dei legis eis assuescunt: immo nec Onan filius Juda peccasset, dum interitus ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur, ut dicitur Genes. 38. nam eo tempore lex illa positiva non erat promulgata: & tamen Scriptura subdit: ideo percussit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.

Secundo, si mollities solum Dei praeproposito positivo prohiberetur, aliquando esset licita, etiam post illius legis promulgationem, saltem pro casu extremae necessitatis, ut si quis mori deberet, nisi se pollueret: positiva enim Dei praeproposita cessare interdum in casu necessitatis, certum est, & constat exemplo Davidis, qui non obstante Dei lege, laicis vetante usum panum propositionis, in necessitate famis eos comedit, ejusque factum Christus Matth. 12. excusat, necnon, ob similem necessitatem, suos Discipulos a violatione Sabbati divinitus interdicta. At mollitiam seu pollutionem voluntariam, etiam in casu extremae necessitatis (puta cum necessaria esset ad salutem vitam tuendam) non licere, communiter docent Theologi, & patet exemplo plurium virorum illustrium & piorum, qui mori maluerunt, quam feminis effusione, ex cupis retentione mors immineret, per pollutionem, vel per copulam procurare. Sic B. Castimus Regis Poloniae filius, Hungarorum Rex delectus, gravi oppressus infirmitate, mori potius, quam castitatis iacturam ex Medicorum consilio subire constanter deeravit. Idem de Jacobo Cardinali Ulyssiponensi, Regis Portugalliae filio, reitert Hieronymus Garimbertus lib. 3. de Vitis Pontificum. Similia traduntur de Iacobo Comenno Imperatore, de Thoma capos Episcopo Eboracensi, & de Michaelis Verino Poeta Gallo, quibus istud extat posteritati consecratum.

Sola Venus potens leno succurrere morbo: Ne se pollueret, maluit ipse mori.

Ergo mollities non solum praeproposito Dei positivo, sed etiam lege naturali prohibita est.

Tertio ex sententia Caramellis sequitur adulterium esse gravius & turpius intra genus luxuria, quam mollitiam, sodomiam, & bestialitatem: Sed hoc dici nequit: Ergo nec illud. Minus est certa, nam, ut docent communiter Theologi cum S. Thoma 2. 2. q. 154. art. 12. intra genus luxuria peccata contra naturam (qualia sunt mollities, sodomia, & bestialitas) sunt omnium gravissima & turpissima: sicut in speculativo (inquit S. Doctor) error circa ea quorum cognitio est homini naturaliter indita, est gravissimus & turpissimus: ita in agendis, agere contra ea quae sunt secundum naturam determinata, est gravissimum & turpissimum. Quia ergo in vitiis quae sunt contra naturam transgreditur homo id quod est secundum naturam determinatum circa usum venereum, inde est quod in tali materia hoc peccatum est gravissimum. Sequela autem Majoris est evidens: Adulterium enim est intrinsece malum, & lege naturae prohibuitum, ut omnes fatentur: Sed peccata quae per se & ab intrinseco sunt mala, iploque naturali jure prohibita, graviora sunt eis, quae ab extrinseco tantum, & ratione legis positiva ea prohibentis, mala sunt: Ergo si mollities, sodomia, & bestialitas, non sint ab intrinseco mala, nec jure naturae prohibita, sed tantum ab extrinseco, & ratione legis seu praepropositi positivi, manifeste sequitur adulterium in malitia & gravitate, mollietiam, sodomiam, & bestialitatem excedere. Pudet me in istis foribus tandiu verbari, libenterque hic cum August. Epist. 56. dixerim: *Pudet me ista reserere, cum eos non puduerit ista sentire: cum vero ausi sint etiam defendere, non jam eorum, sed ipsius generis humani me pudet, a cuius aures haec ferre peruenit.*

Non possum tamen praeterire Caramellis fundamentum subijcere, & insolutum relinquere: Illud proponit loci supra citato num. 1606. his verbis: *Proximus ad generationem & nutritivum accedit embryo & infans ipso nondum natus, quam semen: Atqui potest gravida parens contra naturam factum procedere, si aliter vitam conservare non possit: Ergo a fortiori potest contra semen, si saltem modo considerentur rationes naturales.*

Sed haec ratio frivola est, nec valet illa Consequentia, seu argumentum a pari, quod ab abortione ad mollitiam format: M format: